

Quisque sacrificans sacerdotem sibi vicinum habeat, qui cepta sacramenta expleat, si ei aliqua necessitas ingruerit.

De conf. dist. 1. ut illud. Burch. l. 3. c. 73. Ivo, p. 2. c. 126. m. Eccl. 4.

al. ille.

al. accedit.

Illud a Divini oraculi momenti singuli præcaves, quo scribitur: Vt soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem; summopere verendum nobis est, & cavendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus Domino placitur, vel sacrificatur, unicuique Divinis singulariter officii insistenti perniciosa passio, vel corporis qualibet invaluetudo occurrat, quæ aut corpus subito subruat faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro huiusmodi ergo casibus præcaves, necessarium duximus instituire, ut ubi temporis, vel loci, live Cleri copia suffragatur, habeat quisvis illic canens Deo, atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem: ut si aliquo casu ille, qui officia impletur accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elisus; à tergo semper habeat qui ejus vicem exequatur intrepidus. Sed si hoc sacrificanti frequententer acciderit, tunc omnimodo ab oblatione prohibeatur.

Corr. Rom. a. Illud. In Conciliis impressis legitur, Et illud. In Codice vero Lucentis Regio, Va. illud. In duobus Vaticanis, Ut illud: & sic est intra de consecr. dist. 1. c. ut illud. & apud Burch. & Ivonem.

Sed si hoc. Hac sunt impressa aliis characteribus, quia non sunt in Concilio Toletano, neque in plerisque veteribus Gratiani exemplaribus. In codice perantiquo sunt Glossæ ad verbum: vicem. & post verbum prohibeatur, additur, ut infra ead. q. 2. c. in suis literis. Apud Burchardum vero, & Ivonem, qui citant decreta Soteris Papæ, & infra de consecr. loco cit. horum verborum loco leguntur hæc, & officium incipit adimpleat.

PITH. Invaluetudo. V. C. valetudo. Subit. Sic etiam V. C. Casibus. al. ausibus.

XVI. Item ex Concilio TOLETANO VII. c. 2. [an. 646. in Hispania.]

Si Sacerdos necessitate preoccupatus fuerit, cepta sacramenta per alium expleantur.

Burch. l. 3. c. 70. Ivo, p. 2. c. 124.

Nihil contra ordinis statum temeritatis ausu præsumatur; neque illa, quæ summa veneratione censentur, vel minimo præsumptionis actu solvantur, cum ad hoc tantum fieri iusta sunt; ne interrupta noscantur, vel languoris proventu robore salutis privetur natura. Non ergo fragilitati solum consulitur humane, sed etiam sacro honori mysteriorum Dei provida cavetur sollicitudine. Censuram ergo convenire, ut cum à Sacerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si ageritudo acciderit quilibet eventus, quo coeptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberum Episcopo vel Presbytero alteri consecrationem exequi officii coepti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysteriis competit, quam aut incipientis, aut subsequens completa benedictio Sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cum enim finis omnes unum in Christo, nihil contrarium personarum diversitas format: ubi efficaciam prosperitatis unitas fidel repræsentat. Quod etiam consilium cuncti ordinis Clerici individuum sibi esse non ambigant: sed, ut præmissum est, præcedentibus libenter alii pro complemento succedant. Ne tamen, quod naturæ languoris causâ consulitur, in præsumptionis perniciem converteratur, nullus post cibum, potumque quemlibet minimum sumptum Missas facere, nullus absque proventu patris molestia Minister, vel Sacerdos, cum coeperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc temerare præsumperit, excommunicationis sententiam sustinebit.

Corr. Rom. a. Acta. Sic est emendatum ex codice Regio: nam in impressis Conciliorum codicibus, & apud Burchardum, & Ivonem est, taclu.

Cum ad hoc tantum. Magna est hoc loco varietas. In codice Regio legitur, cum ad hoc tantum quæqua fieri iusta sunt interrupta noscantur, ne languoris, &c. Apud Burch. cum ad hoc tantum fieri iusta sunt, nec interrupta noscantur, ne languoris, &c. Apud Ivonem, cum ad hoc, & nec languoris, cetera eodem modo.

Sed etiam sacro. Hic quoque magna varietas. In codice Regio planior est oratio, sed etiam bonori mysteriorum Dei providetur abunde, dum ab offensivis casu procuratur etiam caveri sollicit.

Completa benedictio. Sic restitutum est ex codice Regio, cum quo aliquot editiones conveniunt: multaque etiam alia in hoc Capite emendata.

Individuum. In codice Regio est, indultum.

PITH. Etiam sacro bonori mysteriorum. V. C. etiam sacris mysteriorum.

Santa. V. C. sacra.

Quilibet. V. C. cuilibet eventus, quo conceptum nequeat, &c.

GRATIAN. 3. Pars. Ecce, quod Episcopo petente, precibus etiam populi, infirmitate gravato alius possit subrogari, patenter monstratur. Senectute autem gravato, non Successor, sed Coadjutor dari debet, qui ei decedenti in locum regimini succedat. Sic Augustinus dicitur accessisse, non succellisse Hipponensem Episcopo. Hinc etiam scribit

Sup. ead. c. non autem.

XVII. ZACHARIAS Papa Bonifacio Moguntino Archiepiscopo. [an. 743. Romæ in Germaniam.]

Senectute gravato Coadjutor est dandus, qui morienti succedat.

Petitio, ut cum nostro consulto pro superveniente tibi senectute, atque corporis imbecillitate, si poteris invenire alium in eadem sede, in qua præes, pro tui persona debeas collocare. Nos vero, adiutore Deo, consilium præbimus tue Sanctitati, ut pro salute animarum rationabilium, favore Christo sedem, quam obtines, Moguntinæ Ecclesiæ nequaquam relinquant. Sin vero Dominus dederit iuxta petitionem tuam hominem perfectum, qui possit sollicitudinem habere, & curam pro salute animarum; pro tui persona illum ordinabis Episcopum; et in Evangelio Christi tibi credito, & ministerio Christi portando in omni loco requirens, & confortans Ecclesiam Dei. Item ad eundem Epist. ult. §. 1. Si eundem Divina voluerit clementia post tui diem transitus superesse, si vult aptum cognoveris, & in tua voluntate fuerit diffinitum; eâ horâ, quæ te de præfenti seculo migraturum cognoveris, præsentibus cunctis, tibi successorem designa, ut huc veniat ordinandus. Hoc nulli concedi alii patimur; quod tibi charitate cogente largiri censuimus. Item ibidem paulo superius.

De eo autem, quod tibi successorem constituere dixisti, ut te vivente in tuo loco eligatur Episcopus; hoc nulla ratione concedi patimur; quia contra omnem Ecclesiasticam regulam, vel instituta Patrum esse monstratur: sed volumus, ut tibi ministret, & sit in Evangelium Christi adiutor. §. 3. Nihil enim reprehensibile esse manifestum est, ut te vivente tibi alium substituas; sed hoc commonemus, ut quamdiu te Divina iusserit clementia superesse; sine intermissione orare non cesses, ut tibi Deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis, & populum irreprehensibiliter regere valeat.

Corr. Rom. Prior pars huius Capituli usque ad verbi. Item si eundem, sumpta est ex Epistola Zachariæ Papæ, cujus initium est, Sacris liminibus: quæ extat Romæ manuscripta in Bibliotheca Dominicana; quam etiam didicit frater Laurentius Surius in vita B. Bonifacii, sed ex codice parum emendato. Reliqua habentur in Epistola ultima in tomis Conciliorum.

PITH. 9. Petisti. Siffidus p. 27.

XVIII. Item PELAGIUS Papa Clero Narinensi. [fortè c. an. 559. Romæ in Umbriam.]

Non Successor, sed Coadjutor viventi Episcopo datur.

Uia frater, & Coepiscopus noster Joannes Ecclesiasticæ utilitatis studio suadente, & naturæ suæ simplicitate laudabili consideratione tractata, ob hoc, quod se in gerenda patrimonii gubernandi cura, vel in disciplina Ecclesiastica conservanda minime fatetur idoneum; Constituit Presbyteri ad hæc explenda sibi expolit adhiberi personam: ut ea, quæ sunt necessaria, competenti disponente sollicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præfenti vobis iussione præcipimus, ut servatâ primo in loco Episcopo memorato reverentia, & quam vos convenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad Divini cultus obsequium pertinent, vel quæ Ecclesiasticæ utilitatis peragere cura fuerit, præbeatis obedientiam Constituto competenter, in nullo dispositionibus ejus spiritum contumaci resistentes: immo competenti vigilantia vestra studio, quæ pro Ecclesiastica utilitate gerenda Constitutus monuerit, adimplentes: ut his ita dispositis, & consueta vobis stipendia ministrantur, & quæcumque in præfata Ecclesiâ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis sunt necessaria, compleantur.

PITH. 10. Vos. V. C. nos. 11. Quæ. Add. V. C. vel. 12. Constituto. Abest à V. C. 13. Constitutus. Abest à V. C.

ILLUD verò Cypriani, de Hæreticis intelligendum est, qui Catholicorum Ecclesiis sibi usurpare contendunt.

§. 1. Illud verò Evaristi Papæ tunc intelligendum est, quando nec inevitabilis necessitas (Persecutorum videlicet) nec Apostolica, aut regularis mutatio, sed ambitio sola Episcopum de Ecclesiâ ad Ecclesiam transire cogit. Unde cum in principio sui Capituli diceret; [Episcopus non debet dimittere Ecclesiam suam,] subsequenter adjunxit. [Absque inevitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causâ conjugere.] §. 3. Ambitionis enim causâ, quicumque Ecclesiæ suæ mediocritate despectâ ad majorem Ecclesiam transire voluerit, debet revocari ad propriam. Quod si redire contempserit, careat alienâ, & propriâ. Unde legitur

XIX. IN NICÆNO CONCILIO, c. 15. [an. 325. in Bithynia.]

Episcopus, vel quilibet Clericus reliquâ suâ Ecclesiâ non debet ad aliam transire.

Non oportet Episcopum, vel reliquos Ordines de civitate ad civitatem migrare; non Episcopum, non Presby-

GRATIAN. 1. Supra c. 2. factus, & c. Novationum. 3. Sup. ead. 4. Pars.

Et in Aquiligran. c. 47. Ansel. l. 6. c. 112. Burch. l. 2. c. 97. Ivo, p. 6. c. 174.

ter, non Diaconus transeat. Si quis autem post definitionem sancti & magni Concilii tale quid agere tentaverit, & se huiusmodi negotio mancipaverit; hoc factum prorsus in irritum ducatur, & Ecclesiæ restitatur, cuius fuit Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ordinatus.

Corr. Rom. Ex duobus codicibus collectionis Anselmi in uno emendatore Caput hoc ita habet, ut verba hæc, Quod non oporteat Episcopum, vel reliquos Ordines demigrare, sit Rubrica, & Capitulum hoc modo incipiat: Ut de civitate ad civitatem, non Episcopus, non Presbyter, non Diaconus transeat. In altero vero eadem Rubrica est nigris literis scripta, & est initium Capituli, unde videtur Caput hoc esse concinnatum, quemadmodum est apud Gratianum, salvâ sententiâ ipsius Canonis.

PITH. 14. Translat. V. C. transferatur. Cuius. V. C. cui. Quod non. Quod non oporteat demigrari. Est Rubrica in meo Cod.

XX. Item GREGORIUS I. Anthemo Subdiacono, lib. 5. Epist. 23. five c. 123. [an. 596. Romæ in agrum Picentinum.]

In Monasterio deputatur Episcopus, qui in Ecclesia sua residere contentus.

Ansel. l. 6. c. 178.

Pervenit ad nos Pimenium Amalphitanæ civitatis Episcopum in Ecclesia residere non esse contentum; sed foris per diversa loca vagari. Idcirco hæc tibi autoritate præcipimus, ut supradicto Episcopo interminari non desinas, quatenus hoc de cetero facere non præsumat; sed in Ecclesia sua Sacerdotali more residet. Quem si forte non emendari post tuam interminationem cognoveris; in Monasterio eum deputat, & nobis curabis modis omnibus indicare: ut quod facere debeas, nostra iterum præceptione cognoscas.

XXI. Item ex Concilio CARTHAGINENSIS V. c. 5. [an. 398. in Africa.]

Episcopo nulli conceditur principalem Cathedralium relinquere, & ad aliam Ecclesiam se transferre.

Ansel. l. 6. c. 176.

Placuit, ut nemini sit facultas, relicta principali Cathedrali, ad aliquam Ecclesiam in Diocesi constitutam, se conferre, vel in re propria diutius, quam oporteat, constitutum, curam, vel frequentationem propriæ Cathedralis negligere.

XXII. Item ex eodem CARTHAGINENSIS V. c. 8. [an. 398. ibid.]

Intercessori Cathedralium, cui datus est, tenere non licet.

Et in Africano, c. 41.

Constitutum est, ut nulli Intercessori licitum sit Cathedralium, cui Intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis, vel seditionibus retinere: sed dare operam, ut intra annum eidem Episcopo provideat. Quod si neglexerit, annuo expleto Interceptor alius tribuatur.

al. excepto.

XXIII. Item ex Concilio NICÆNO, c. 16. [an. 325. in Bithynia.]

Excommunicatur Clerici, qui reliquâ suâ Ecclesiâ, ad eam redire noluerint.

Ansel. l. 7. c. 107. Burch. l. 2. c. 98. Ivo, p. 6. c. 175.

Si quis verò sine respectu agentes, & timore Dei ante oculos non habentes, neque Ecclesiastica statuta custodientes recesserint ab Ecclesiâ sua, five Presbyter, five Diaconus, vel in quocumque Ecclesiastico ordine positi fuerint; hi non debent fulcipi in alia Ecclesiâ: sed cum in omni necessitate cogantur, ut redeant ad Ecclesiam suam. Quod si permanferint, excommunicari eos oportet.

PITH. 17. Cui. Abest à V. C.

XXIV. Item ex Concilio ANTIOCHENO, c. 3. [an. 341. in Syria.]

De eodem.

Et in Calched. c. 20. In Aquiligran. c. 71. Ansel. l. 7. c. 170.

Si quis Presbyter, vel Diaconus, vel quilibet Clericus, deserat suâ Ecclesiâ, ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi paulatim tentet, quod migravit, perpetuo manere; ulterius ministrare non debet, præsertim, si ab Episcopo suo ad revertendum fuerit exhortatus. Quod si post evocationem sui Episcopi, non obediit, sed inobediens perseveraverit; omni modo ab officio suo deponi debere, nec aliquando spem restitutionis habere: si vero propter hanc culpam depositum, alius Episcopus susceperit; & ipse à communi Synodo penam merebitur increpationis, tanquam Ecclesiastica jura dissolvens.

Corr. Rom. a. Inreparationis. Græcè est, ἐπιθυμίας, quod in aliis versionibus est, arguatur, vel correatur, vel puniatur.

PITH. 18. Migravit. V. C. migraverit.

Inobediens. Abest à V. C.

Omni modo. V. C. omnimodis.

XXV. Item ex eodem ANTIOCHENO, c. 21. [an. 341. ibid.]

Non licet Episcopo Ecclesiam suam relinquere, & ad aliam transire.

IX. q. 2. nullum. Burch. l. 1. c. 72. Ivo, p. 5. c. 179.

Episcopum de diocesi ad diocesim alteram non debere transire, neque si seipsum ingesserit, neque si à populi

fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab Episcopis suadeatur: manere autem eum debere in Ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alibi demigrare, secundum regulam super hoc olim à Patribus constitutam.

PITH. 21. Alibi. V. C. alio.

XXVI. Item ex Concilio CALCEDONENSIS, c. 5. [an. 451. in Bithynia.]

De eodem.

Propter eos Episcopos, five Clericos, qui de civitate ad civitatem transeunt, placuit definitiones datas à Sanctis Patribus habere propriam firmitatem.

XXVII. Item ex Concilio CARTHAGINENSIS III. c. 20. [an. 397. in Africa.]

Aliena plebes ab Episcopo non usurpentur.

Placuit, ut à nullo Episcopo usurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in diocesi collegam suum.

PITH. 22. In diocesi. V. C. diocesim in negotio.

XXVIII. Item ANACLETUS. [fortè in Aurel. in Concilio Aurelianensi III. c. 15. an. 538.]

Alienos Clericos ordinare, & altaria consecrare Episcopo non licet.

Episcopus in diocesim alienam ad alienos Clericos ordinandos, vel consecranda altaria irruere non debet. Quod si fecerit, amotis his, quos ordinavit, altaris tamen consecratione manente, transgressor Canonum uno anno à Missarum celebratione cessabit.

XXIX. Item ex Concilio AGATHENSIS, c. 64. [an. 506. in Gallia.]

Diebus solemnibus Clericus Ecclesiæ suæ desse non debet.

Si quis in Clero constitutus, ab Ecclesiâ sua diebus solemnibus defuerit, id est, Nativitate Domini, Epiphaniâ, Paschâ, vel Pentecoste, dum potius secularibus lucris studet, quam servitio Dei parere; convenit, ut tentionis à communione suspendatur. §. 1. Similiter Diaconus, vel Presbyter, si per tres hebdomadas ab Ecclesiâ sua defuerit, huic damnationis succumbat.

PITH. 23. Dei. V. C. suo.

XXX. Item HILARIUS Papa Episcopis Tarracon. c. 3. [an. 465. Romæ in Hispaniam.]

Removendus est Episcopus ab Ecclesiâ, cui irrepsit, & ad suam cogendus est redire.

Remoto ab Ecclesiâ Barcinonensi, atque ad suam remisso Irenæo Episcopo, sedatis per Sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam Ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet, obtinere; talis proximus de Clero proprio Barcinonensis ordinatur Episcopus, quem te præcipue frater Ascani oportet eligere, & decet consecrare: ne si forte aliter factum sit, non sine oburgatione tui maxime nominis terdat nostra præcepta, quod ad injuriam Dei à quo specialiter Sacerdotalium est gratia dignitatum didicerimus admittum.

PITH. 24. Barcinonensi. V. C. Vercinonensi.

Swam. V. C. sua.

Irenæo. V. C. Erineo.

Voluntatibus. V. C. voluptatibus.

Barcinon. V. C. Vercinonensibus.

Oportet. V. C. oporteat.

Decet. V. C. deceat.

Ne si forte aliter. V. C. ne si similiter forte factum sit.

XXXI. Item LEO I. Episcopus urbis Romæ Anathasio Thessalonicensi Episcopo, Epistola 82. al. 84. c. 8. [an. 445. Romæ in Macedoniam.]

Qui alienam Cathedralium appetit, ab ea expulsum etiam propriâ careat.

Si quis Episcopus mediocritate civitatis suæ despectâ, administrationem celebrioris loci ambiat, & ad majorem plebem se quacumque ratione transfulerit; non solum à Cathedrali quidem pellatur aliena, sed carebit & propriâ: ut nec illis præsideat, quos per avaritiam concupivit; nec illis, quos per superbiam lprevit. Suis igitur terminis contentus sit; quique: nec supra mensuram juris sui affectet augeri.

PITH. 25. Poly. l. 1. Ansel. l. 6. c. 104. Burch. l. 1. c. 74. Ivo, p. 5. c. 103.

XXXII. Item ex Concilio MELDENSI, c. 30. [an. 845. in Gallia.]

Utrâque careat Ecclesiâ, qui contemptu minoris Ecclesiæ ad majorem aspirat.

Si quis de ordine Sacerdotali, contemptu minoris Ecclesiæ ambitiosus, & improbe ad potiorum aspiraverit; Canonica erga eum definitio fervetur; hoc est, ut utrâque careat.

Corr. Rom. a. Hoc est, ut utrâque careat. Hæc non sunt in Meldenensi impresso, habentur tamen apud ceteros quoque Collectores.

Supra ead. non oportet. ex Nicæna Synodo. Cap. lib. 6. c. 236.

Burch. l. 1. c. 64. Ivo, p. 5. c. 173.

In Aurel. c. 15. an. 538.

Burch. l. 1. c. 64.

Ivo, p. 5. c. 173.

al. singulari lucro.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.

al. Ansel. l. 6. c. 109.